

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Tertius De Angelis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191

ARTICVLVS TERTIVS

DE

ANGELIS.

§. I.

Cur hic
articulus
antece-
dentem
excipit?

Inter res creatas inuisibiles præcipuæ sunt angeli, inter visibiles homines. Sicut autem de homine fufius agetur in parte posteriori; ita ordo requirit, vt in hoc articulo, qui articulum de creatione statim excipit, de *angelis*, ad scripturæ sacræ ductum, mentio fiat.

§. II.

Nomen
angeli
quid de-
notat?

Angeli nomen græcæ originis est, *mun-
tium* vel legatum significans; vnde inter ho-
mines doctoribus, quod a Deo legati esse
debent, (Rom. X, 15.) immo ipsi Christo
tribuitur, Mal. II, 7. III, 1; adeoque non
tam nomen naturæ et essentiæ, quam officii
et ministerii est illorum spirituum inuisibi-
lium, de quibus heic agitur, et qui alioqui
natura ab hominibus & reliquis rebus crea-
tis differunt.

§. III.

Certumne
dari ange-
los?

Tametsi, eiusmodi angelos dari, huma-
næ rationi occultum est, et omni æuo fue-
runt, quos angelicam naturam negare non
puduit, Act. XXIII, 8; scriptura tamen de
illis clara et perspicua testimonia habet, qui-
bus fides nostra niti potest ac debet.

§. IV.

§. IV.

Est autem inter angelos ipsos *discrimen*, Discrimen inter
ita, vt alii *boni* (simpliciter dicti angeli,) alii *mali* sint, qui etiam *dæmones* vocantur. *angelos*
Vnde de vtrisque agendum est *figillatim*. *quod-*
nam?

§. V.

Ad *originem* bonorum angelorum quod *Angelo-*
attinet, iam precedente articulo ostendimus, *rum origo*
eos non similiter, atque Deus fuit, ex se *vnde?*
ipsis fuisse ab omni æternitate, sed a Deo esse
creatos. Quamuis enim creationis eorum
Gen. I. non iniiciatur expressa mentio; co-
piis tamen cælorum adnumerandi sunt, de
quibus sermo est Gen. II, 1. quemadmodum
ex collatione Ps. CIV, 4. Luc. II, 13. 14. &
Neh. IX, 6. videre est.

§. VI.

Natura spiritus, hoc est, essentia sunt, Angeli
corporis materialis siue naturalis *expers*, *natura*
Hebr. I, 14. Luc. XXIV, 39. vnde in sua na- *quid?*
tura *inuisibiles* sunt, tamen in adsumto hu-
mano corpore sæpius apparuerunt. Certe *Quænam*
rum propria eorum indoles ac natura ex *eis pro-*
eximiis *proprietatibus*, quas scriptura sacra *prietates*
eis tribuit, cognosci potest. Quo spectat, *tribuun-*
quod sint spiritus *sapientes* et maxime *intel-*
ligentes, 2 Sam. XIV, 20. non tamen omni-
fici, vti Deus, Marc. XIII, 32; quod sint
sancti, Matth. XXV, 31. vnde nihil vo-
lunt, nisi quod Deus vult, et in integrita-
tis statu ita iam confirmati sunt, vt eo ex-
cide-

cide-

cidere, aut quidquam velle et facere præter id, quod bonum et rectum est, haud possint. Ideo iam beati sunt, et in conspectu Dei semper versantur, c. XVIII, 10. Præterea etiam *potentes*, non tamen omnipotentes, spiritus sunt, Ps. CIII, 20. 2 Reg. XIX, 35. Dan. X, 13. *LUTHERVS* in Exod. c. XIV. Tom. III. Alt. fol. 616. h. „Ego mallem unicum angelum custodem circum me habere, quam viginti quatuor Turcorum imperatores cum omnibus opibus ac copiis suis: qui etiamsi vel centum millia bombardarum secum haberent, tamen cum unico angelo comparati pro nihilo ducendi sunt.“ Ad quam potentiam summa quoque *agilitas* eorum referenda est, quæ in scriptura sacra per alas eis tributas denotatur, Ies. VI, 2. Dan. IX, 21.

§. VII.

De eorum numero Ceterum *ingentem* angelorum numerum esse, et certum ac pulcherrimum *ordinem* et ordine inter eos obtinere, statuendum est, Dan. VII, 10. Ps. LXVIII, 18. Marth. XXVI, 53. **quid statuendum?** Luc. II, 13. Hebr. XII, 22. Sicut ex diuersis eorum nominibus colligi etiam potest, non omnes æquales esse, sed dari aliquod inter eos discrimen, Eph. I, 21. Col. I, 16. 1 Petr. III, 22. 1 Thess. IV, 16. Quin immo probabile est, angelos alios aliis præesse, contra vero hos illis obtemperare, item alios aliis esse sapientiores, intelligentiores, potentiores, præstantiores: quandoquidem
Deus

Deus Deus ordinis est, et in multiplici discrimine, ut in visibili, sic in invisibili mundo, infinitam sapientiam suam sine dubio commendat et patefacit.

§. VIII.

In officiis ac *muniis* suis res eis maxime Angelorum est cum Deo et hominibus. Respectu *Dei* rum officii nobilissimum eorum negotium est, ipsum *cia* quæ laudare, et a nutu eius ad omne mittentis *nam* resequium esse paratissimos. Ps. CIII, 20. 21. *spectu* Dei? Ies. VI, 3. Nostro etiam Servatori secundum humanam naturam religiose subiecti, Matth. IV, 11. Phil. II, 10. Hebr. I, 6. Et quemadmodum in conceptione et natiuitate, in oliueto, in resurrectione et adscensione in cælum ipsi a ministerio fuerunt; ita quoque in aduentu eius ad iudicium variis modis futuri sunt. Matth. XIII, 41. 42. XXV, 31. Respectu *hominum* angelis negotium datum *Quænam* est, ut eos, in primis pios, custodiant, *respectu* Hebr. I, 14. Ps. XXXIV, 8. XCI, 11. 12. *hominum?* Zach. III, 7, Gen. XIX, 10. seqq. 2 Reg. XIX, 35. Act. XII, 7. 11. *Singulis* etiam *statibus hierarchicis* et diuinis ordinibus tutelam et auxilium præstant. Deus per illos legem tulit, Gal. III, 19. et euangelium de Christi incarnatione, natiuitate et resurrectione per eos primum adnuntiandum curauit, Luc. I, 30. 31. II, 9. 10. Marc. XVI, 6. Adfunt præsentés in conuentu fidelium, 1 Cor. XI, 10. adfunt fidei doctoribus ecclesiæ,

sic,

fiat, vti ex exemplo Lothi, Elifai, Petri aliorumque constat. In statu politico vigilant pro conseruatione rerum publicarum et religionis in iisdem, Dan. X, 13. In statu œconomico familias tuentur, Iob. I, 10. ipsos adeo paruulos, Matth. XVIII, 10. comitantur facientes iter, Genes. XXIV, 7. XXXII, 1. Tob. V, 5. 6. X, 12. & tandem animas hominum fidelium post mortem portant in finem Abrahæ, Luc. XVI, 22.

LVTHERVS Conc. de bonis et malis angelis, Tom. VIII. Alt. fol. 985. b. „*Istud san-*
 „*ctorum angelorum ministerium non videtur*
 „*esse splendidum; enimvero hinc videmus,*
 „*quæ sint vere bona opera. Angeli non sunt*
 „*ita superbi, vti quidem nos homines, sed in*
 „*diuino versantur obsequio et ministerio ho-*
 „*minum, curamque gerunt paruulorum.*
 „*Quomodo vilius opus possent peragere, quam*
 „*quod dies noctesque ministros se præbent*
 „*paruulis?* „ Præter hæc munia non impro-
 probabile est, Deum quibusdam angelis certas prouincias ac regna dispartiuisse, ita vt alius in hac, alius in ista regione maxime habeat, quod agat. Qua de re vid. Dan. X, 13. 20. Act. XVI, 9. Ipsum item certis elementis ac rebus creatis certos angelos, qui eorum curam gererent, præfecisse, Apoc. XIV, 18. & XVI, 4. Io. V, 4. immo generatim orbem præsentem angelis esse subiectum, ex Hebr. II, 5. liquet.

§. IX.

Quid præ-
 terea de
 eorum of-
 ficiis pro-
 babiliter
 credi po-
 test?

§. IX.

Officium nostrum hac in re est, (1) Deo Quod-
pro custodia angelorum, et beneficiis, per nam hac
illos in nos aliosque collatis, submissas gra- in re offi-
tias agere; vid. Tob. XII, 7. 18. 20. 22. cium no-
(2) Cauere, ne vitæ improbitate eos con- strum?
tristemus, sed vera resipiscencia potius ex-
hilarare; Luc. XV, 10. (3) Parvulorum
nullum contemnere, quibus custodes et de-
fensores a Deo dati sunt, Matth. XVIII, 10.
Denique (4) bonum eorum exemplum in
laudando Deo, in obedientia, in humilita-
te et caritate, in sanctitate et puritate imita-
ri, eorumque indolis conformes fieri, ut
ita fiat voluntas Dei a nobis in terra, sicut
ab illis fit in cælo. Matth. VI, 10. vid. etiam
Apoc. V, 11. 13.

§. X.

Solacium hoc est: (1) Quod ex eo, quod Quod-
cælestis Pater ipsos principes suos cælestes nam sola-
nobis custodes constituit, singularem eius tium?
in nos amorem percipere possimus; (2)
Quod eorum amicitiam, tutelam et custo-
diam, si in viis Dei incedamus, promittere
nobis possimus, Ps. XXXIV, 8. *LUTHERVS*
Comment. in Gen. c. XXIV. Tom. VI. Witteb.
fol. 337. a. (Tom. IX. Alt. fol. 673. b.) „Di-
„scamus, optimos et constantissimos amicos no-
„stros esse invisibiles, angelos videlicet, qui
„fide et benevolentia et omnibus officiis amici-
„tie longe superant visibiles amicos.” *IDEM*
Enar-

Enarrat. in Zachar. c. II. Tom. V. Witteb. fol. 521. b. (Tom. IV. Alt. fol. 292. a.)

„Christianus homo nullis indiget stipendiis, quibus alat exercitum, nec armis, nec com-
 „meatibus; securo est animo, quippe quum
 „habeat igneum murum circum se, qui vitam
 „eius in æternum defendit et conseruat.”

(3) Quod angeli in morte ipsa circum nos sint animasque nostras, Christi sanguine et Spiritu expurgatas, in locum beatitudinis a Deo eis præstitutum transferant, Luc. XVI, 22. (4) Quod aliquando eorum similes futuri et sub magno illo fœderis Angelo, IESU CHRISTO, in consuetudine illorum ac familiaritate æternum versaturi simus. Luc. XX, 36. Eph. I, 10. Hebr. XII, 22.

§. XI.

De malo-
 rum an-
 gelorum
 origine et
 lapſu quid
 notan-
 dum?

Angeli mali in principio æque ac boni a Deo, non vero tales, sed sancti ac boni, creati sunt, Gen. I, 31. Ista autem sanctitate exciderunt, atque ita ex bonis mali angeli euaserunt et dæmones, Io. VIII, 44. 2 Petr. II, 4. Ep. Iud. com. 6. Quomodo eorum defectio contigerit, sacræ litteræ non definiunt explanate. Ex animi elatione, quæ nunc est in diabolo, plerumque colligitur, defectiois vitium in eo potissimum constituisse, quod in sapientia et sanctitate sua, quam in solius Dei gloriam conuertere debebat, sibi placuerit, hinc se ipso delectatus, et supra diuinitus ipsi concessum digni-
 tatis

tatis gradum sese efferre conatus sit. *LVTHERVS* De nouissimis verbis Dauidis, Tom. III. Wirteb. fol. 110. a. (Tom. VIII. Alt. fol. 335. b.) „Non contentus diabolus, quod in hac praestanti natura una cum reliquis praestantibus electis angelis erat imago Dei -- sed ausus est horribili superbia appetere etiam hanc gloriam illius aeternae imaginis intra ipsam essentiam diuinitatis. Per istum lapsum vniuersa eorum natura adeo deprauata est, ut diuina lux diuinusque amor in illis penitus extinctus et in meras horribiles tenebras atque odium commutatus sit, ita ut non possint non mala agere et peccare; quemadmodum ex sequentibus apparet.

§. XII.

Naturam eorum et essentiam si spectas, *Natura* et spiritus sunt perinde ac boni angeli, Luc. XI, 24. Eph. VI, 12. *LVTHERVS* De bonis et malis angelis, Tom. VIII. Alt. fol. 982. b. „Vti homo malus homo est ac vocatur, et saepius rationis sollertia et intelligentia bonum ac religiosum hominem praestat, in rebus videlicet naturalibus ac civilibus; ita demones angelica et spiritali natura praediti sunt non minus quam boni ac sancti angeli. Hinc per essentiam etiam inuisibiles sunt, sicut angeli boni, nec oculis corporis videri possunt, nisi in adsumtis certis corporibus: quemadmodum satanam in paradiso in serpentem se induisse legimus, Gen. III, 1-15.

C

Ad

Quænam
eorum
proprietates?

Ad cognoscendam eorum naturam spectant etiam eorum *proprietates*. Sunt autem *fortes* ac potentes spiritus, quod spiritualis essentia eorum exigit, Luc. XI, 21. *astuti* item et fallaces; unde diabolus vocatur *serpens antiquus*, qui astutia sua totum orbem deceperit, et in lucis angelum transformetur, Gen. III, 1. Apoc. XII, 9. 2 Cor. XI, 13. 14. Præterea *pravi*, *impuri* et *mendaces* spiritus sunt. Hinc voluntas eorum diuinæ voluntati in omnibus maxime aduersaria est, ita ut ament, quæ Deus odit, et oderint, quæ Deus amat, Luc. XI, 24. 1 Io. V, 18. Io. VIII, 44. *LVTHERVUS* De bonis et malis angelis, Tom. VIII. Alt. fol. 982. b. „*Potentia eius maior est, quam decem imperatorum Turcorum potentia. Versutia eius omnium hominum versutiam superat, et malitia eius malitia omnium hominum maior est.*”

§. XIII.

De eorum
numero
et ordine
quid notandum?

Quemadmodum bonorum, ita malorum quoque angelorum *ingens* est numerus, Marc. V, 9. et uti inter illos, ita et inter hos certus ordo est. Hinc cuiusdam Beelzebulis fit mentio, qui demoniorum princeps sit, regni item satanæ, in quo spiritus, quos sibi subiectos habet, ipsi morem gerant, et una voluntate inter se consentiant, ut stare possit. Luc. XI, 15. Quo referendum est, quod alii aliis astutiores, potentiores ac deterio-

terio-

teriores sunt, quamuis omnes sint astuti,
potentes ac mali, com. 26.

§. XIV.

Quemadmodum angelis bonis certa sunt ^{angelorum} ~~munia~~ et occupationes; ita diabolus eiusque ^{angelorum} angeli numquam otiosi sunt, sed semper ^{negotia et} operantur. Omnes autem operationes dia- ^{occupationes} boli fructus sunt inimiciarum, quas cum ^{nam?} Deo eiusque sanctis angelis, maxime autem cum genere humano, habet et gerit. Etenim cum angelis suis semper *resistit* Domino, et diuino ipsius consilio omnibus viribus atque opibus perpetuo repugnat, vocatus inde suo merito *satanas*, Apoc. XII, 9. ^{Quomodo se gerunt aduersus Deum?}
LVTHERVS Conc. I. de sanctis angelis, Tom. V. Alt. fol. 596. b. „*Ex veritate facti mendacium, et ex Deo diabolus.*” Hoc pacto primum hominem, in iustitia et sanctitate creatum, ad defectionem induxit, ^{Quomodo aduersus homines?} Gen. III, 1. seqq. 2 Cor. XI, 3. Io. VIII, 44. et postquam Deus hominum misertus Filium eis suum seruatorem dedit, innumeris ipsos laqueis irretitos tenet, vt Dei consilium reiciant aduersus semetipsos, neque adeo ad cognitionem salutis veniant. 2 Cor. IV, 4. Luc. VIII, 12. Qui vero ad salutis cognitionem venerunt, eos variis modis tentat, vt, nisi diligenter sibi caueant, per ipsius astutiam a simplicitate, quæ est in Christo, facile deflectere et salutis iacturam facere possint. 2 Cor. XI, 3. 1 Tim. V, 15. 1 Petr. V, 8.

LUTHERVS ibid. fol. 593. b. „*Homo christi-
anus nosse debet, inter ipsos demones sede-
re se medium, et diabolum ipsi propiorem
esse tunica vel indusio, immo ipsa cutē sua;
esse nos ab eo circumvretitos, ut continuis
præliis cum ipso decertemus, necesse sit.*”

Quomo-
do aduer-
sus tres
status
hierarchi-
cos?

Omnes status eum sibi inimicum atque in-
fensum habent. In statu ecclesiastico hæreses, falsos vates, varia prodigia mendacia excitat, malas herbas ferit inter frumentum, multisque modis cursum et fructum diuini verbi impedire nititur. 1 Reg. XXII, 22. 1 Theff. II, 18. 2 Theff. II, 9. 10. Math. XIII, 27. 28. In statu politico dissidia, discordias, seditiones et bella mouet, et potestate magistratus ad opprimendos homines pios ac religiosos abutitur, Dan. X, 13. Apoc. XIII, 4-7. In statu economico coniugibus eorumque liberis, externis etiam bonis ac fortunis multifariam insidiatur, 1 Cor. VII, 5. Iob. I. tot. Tob. VIII. tot. ita ut fraudum, insidiarum et astutiarum eius numerus iniri non possit. Ceterum malorum an-
gelorum ministerio Deus cum ad puniendos malos, tum ad castigandos et probandos bonos utitur, Ps. LXXVIII, 49. Iob. I. et II. 2 Cor. XII, 7. Apoc. XII, 4.

Ministe-
rio eorum
ad quid
Deus uti-
tur?

§. XV.

Qualis eorum nunc integritate sua confirmati sunt, et perpetua est conditio beatitudine coram Deo fruuntur; ita malorum

miseria

misera ac dammabilis est conditio, eosque extremum manet supplicium. Quamquam enim in ipsa sua defectione ex angelis lucis tetri et fœdi dæmones facti et tenebrarum catenis vincti sunt; 2 Petr. II, 4. Ep. Iud, com. 6. Christus etiam redemptione sua diaboli opera aboleuit, et in regenitis adhuc semper aboler: Col. II, 15. 1 Io. III, 8. V, 18. ille tamen adhuc potestatem habet aeris et tenebrarum huius mundi, vigetque in contumacibus hominibus, Eph. II, 2.3. Vnde reliquum est, vt in terram, Apoc. XII, 8.9. 13. et ex terra in tartarum, c. XX, 1-3. et ex tartaro in igneum sulphureumque stagnum coniiciatur, in quo cruciabitur dies ac noctes in omnem perennitatem, Ies. XXIV, 21. 22. Apoc. XX, 10.

§. XVI.

Officium nostrum est, (1) ex satanæ potestate ad Deum nos conuertere, et tum gratias ipsi agere, quod nos per Christum ex tenebrarum potestate vindicauerit, et diabolo vires suas atque opes eripuerit; Act. XXVI, 18. Col. I, 12. 13. II, 15. Hebr. II, 14. (2) Deum feruentibus orare precibus, vt hostem nostrum eiusque dolos nobis dereget, et a potestate illius atque insidiis tutos nos præster; Rom. XVI, 20. Apoc. II, 24. coll. 1 Cor. II, 10. 2 Cor. II, 11. (3) inducere (πανοπλίαν Θεῆς) diuinam armaturam, vt possimus adgressiones sustinere diaboli,